



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 38. Carolus VII. Albertus Elector Bavarix in Romanorum Imperatorem electus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

nis unacum suis vindiciis, necnon dif- Sæc. XVIII.
fertatio de veterum Auctorum editio- A. C. 1742.
nibus &c.

§. XXXVIII.

*Carolus Albertus Elector Bavaricæ in
Rom. Imperatorem electus.*

Annus hujus sæculi quadragesimus se-
cundus, quo toti Imperio auspica-
tior, & Domui Austriacæ tristior non flu-
xerat: quippe non modo Fridericus Bo-
russicæ Rex ruptis, quas die nona Octo-
bris Schnöllendorffii anno priori promi-
serat, induciis superiorem Silesiam,
Glacensem Comitatum & Moraviam ho-
stilitèr invasit, sed & Gallo-Bavari, Pa-
latini, Hassi, Saxones & Colonienses
victoria sua arma Pragam usque pro-
tenderunt, imo & ipsa etiam Viennæ mæ-
nia infesta reddidere. Cum ergo fædera-
tis Principibus cuncta ad vota fluerent,
de novi Imperatoris electione tot votis
expetita serio agi cæpit. Præfigitur huic
negotio dies vigesima quarta Januarii.
Conveniunt Francofordiæ Philippus Ca-
rolus Moguntinus, & Clemens Augustus
Coloniensis Electores & Archiepiscopi,
ac ceterorum Electorum Legati, qui cum
ceteris ad hanc solemnitatem destinatis
præstituta die in Ecclesia ad S. Bartho-
lomæum processere, ubi a Moguntino
Suffraganeo Hymnus: *Veni Creator*

K k 5

Spi-

Sæc. XVIII. *Spiritus* & demum sacrum solenne de
A. C. 1742. cantatum est, quo absoluto & præstito
 pro more juramento S. R. I. Electores re-
 cante tum Bohemi Electoris voto, unani-
 nimi suffragio Carolum Albertum Ba-
 varicæ Electorem in Romanorum Re-
 gem, & futurum Imperatorem re-
 tularunt; quo facto Elector Moguntinus
 in conclavi & Moguntinus Decanus
 præfata Ecclesia faustissimum hoc ve-
 men proclamavit, resonantibus
 que communis gaudii & gratulationis
 publicæ instrumentis. Absens tum erat
 Augustissimus Princeps Elector, ab
 Manhemii subsistens: hinc eius nomine
 S. R. Imperii Comites Königsfeldius &
 Seinsheimius in Capitulationis articu-
 los jurarunt, quos dein ipse Romanorum
 Rex die trigesima Januarii Francie
 diam delatus, præstita juramenta re-
 ligatione ratos habuit.

§. XXXIX.

*Ejusdem Imperatoris capitulationis
 Religionem Catholicam, ac Sa-
 dem Apostolicam.*

Pro veteri more jam ante solemnem
 manorum Regis electionem a Imperii
 commissionem eidem ab Electoribus
 præscribitur capitulatio, id est, certis ar-
 ticuli, ac conditiones Imperii admini-
 strandi.